



**R. P. Francisci Svarez Granatensis, E Societate Iesv
Doctoris Theologi, Et In Connimbricensi Academia
Sacrarum Litterarum primarii Professoris Opvs, De Virtute
Et Statu Religionis**

Qvo Quid Contineatur, Index proximus indicabit

De Obligationibus Religiosorum ex Regula, Prælatione & subiectione
regulari prouenientibus, De varietate Religionum tam in genere, quàm in
specie, De Religione Societatis Iesv in particulari

Suárez, Francisco

Mogvntiæ, 1626

XXVIII. De potestate ad prædictam administrationem iuxta indulta
spectalia Religionum, & nominatim Societatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-93501](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-93501)

præsumendam iustam causam; ubi autem intercedit veritas, cessat præsumptio. Sed non placet, quia non est tantum ad præsumendum, sed ad præcavendum ne aliter fiat, & ideo non obstante veritate causæ, necessaria est sollemnitas. Tum quia effectus legis, & obligatio non cessat, etiam si finis in particulari cesset: tum etiam, qui deest potestas ad contrahendum alio modo: ergo actus est simpliciter nullus.

XXI.
Tunc aut
contractus
rescindendus, aut so-
lemnitas de-
nuo adhibenda.

Quapropter qui hoc modo accipit bona alienata à monasterio, non potest illa in conscientia retinere, nec fructus, imò, si sit in mora restituendi, tenebitur ad damna monasterij, nisi propter bonam fidem à culpa excusetur. De quo videri potest Nauarrus tribus consilijs ultimis de rebus Eccles. non alien. Couar. in reg. peccatum, §. 3. n. 11. Anton. Gom. l. 3. Tau. n. 124. Cutier. de iure confirm. l. p. c. 1. n. 42. Rebuff. referens alios antiquos, supra, n. suo 42. & Molina loco citato; neque in hoc potest monasterium cedere iuri suo, nisi confirmando denuo contractum, & supplendo priorem defectum: nam quando ius præscribit certam formam essentialem servandam in contractibus, nemo potest huic iuri renunciare, ut sumitur ex l. contra iura. ff. de pactis, & l. nemo potest. ff. de legat. 1. notat Panormit. in c. si de i. genti. de foro compet. num. 7. ex Bartolo in l. si quis in conscribendo. C. de pactis. Unde si in presenti casu consensus Capituli, v. g. prætermisus fuisset, actus quidem in rigore esset invalidus, potest tamen ratificari per consensum Capituli, præmisso tractatu, & tunc incipit valere contractus non à tempore, quo factus est, sed à tempore, quo fuit ratificatus, ut est communis sententia Doctorum, quos refert Rebuffus supra, n. 95. Et per hæc satis videntur dicta iura explicata quantum ad præsens institutum spectat. De penis autem excommunicationis, suspensionis, vel interdicti, quæ ibi adduntur, præsertim in Extravag. Ambrosio, dictum in particulari est in tomo de Censuris: disp. 22. sect. 6. à num. 6. De alijs verò, quæ pertinent ad priuationem beneficiorum, aut officiorum, iuxta generales regulas materiae de Legibus iudicandum est, ubi etiam in specie illam Extravagantem attigimus, & cum Nauarro adnotauimus, quoad hæc penæ non videri visu receptum.

De penis
indebitæ a-
lienationis.

CAPVT XXVIII.

De potestate prædictæ administrationis iuxta statuta & specialia indulta religionum, nominationum Societatis Iesu.

I.
Assertio pro
i. potestate
tuli.

In hac re dicendum est, Prælatus vniuersusque religionis posse & debere administrare bona monasterij, aut religionis iuxta indulta, & privilegia à Sede Apostolica suæ religioni concessa, & iuxta suam regulam, vel constitutiones ab eadem Sede approbatas. Probat, quia indulta Apostolica dant potestatem derogando etiam iuri communi, quando id sufficienter exprimunt, (nam quod possint id facere, manifestum est.) Constitutiones autem constitunt ius, quod huiusmodi Prælatus seruare tenetur: ergo & potest, & debet iuxta talia indulta, ac statuta religionis bona administrare. Quæ verò sint huiusmodi statuta, & indulta in singulis religionibus, non est nostrum nunc inquirere, vel examinare, sed videri possunt, quæ de his privilegijs, sicut & de cæteris alijs, doctè, & diligenter tractat Emmanuel Rodericus in 1. tomo Quaestionum regularium, q. 27. Si quis autem attentè animaduertat, in privilegijs communiter concessis Mendicantibus, aut monachalibus religionibus, nihil ferè derogatum est de sollemnitate ad alienationem

Privilegia
religionum
parum de-
rogant so-
lemnitati
iuri com-
muni.

requisita in reliquis verò, quæ ad administrationem pertinent, idem ferè ius commune est omnibus. Quod si aliqua sit varietas in specialibus statutis, eorum intelligentiam, & obseruantiam vnicuique Prælato remittimus.

Solum est notatu dignum privilegium illud à Sixto IV. & Leone X. concessum Minoribus ad alienandum aliqua bona immobilia, non obstantibus vltimis voluntatibus testatorum, vel donantium, prout refertur in Supplemento Minorum, concess. 95. & 317. Quanquam, quia illi non habent bona immobilia, solum conceditur eis commutatio talium bonorum, quando primum illis traduntur. Alij verò Mendicantes, qui habere possunt dominium rerum immobilium, vt possunt illa facultate, etiam postquam acceptant, & possident talia bona, iuxta testantis voluntatem, dummodo obseruent conditiones in privilegio requisitas, nimirum, vt sine scandalo fiat, & cum diligenti informatione de talis alienationis, vel commutationis necessitate. Et ita habetur in privilegijs Augustinianorum, & in Compendio Societatis, verb. Alienatio, §. 3. vbi visus huius facultatis referatur Generali, iuxta proprium, & peculiarem modum procedendi Societatis. De quo pauca hic addere necesse est, ne oporteat iterum postea in tract. 10. de hac temporal administratione sermonem facere, & quia antiquus modus procedendi religionum videtur in ea quoad hanc partem innouatus. Ac denique, quia, vt in fine dicam, aliqui putant, posse alias religiones, vel Generales earum per communicationem privilegiorum vt Pontificijs facultatibus Præposito Generali Societatis in hac parte concessis.

Est igitur in hac materia aduertendum, quod sicut in Societate religiosum regimen ad perfectam monarchiam reuocatum est, vt infra tract. 10. lib. 10. cap. 1. dicam, ita tota potestas administrandi omnia domorum, vel collegiorum Societatis temporalia, illi per Constitutiones Societatis attributa est, hoc solo excepto, quod collegia femina acceptata dissolvere non potest, nec etiam immobilia bona omnino alienare, vt habetur p. 9. Constit. his verbis: *Est penes Præpositum Generalem omnis facultas agendi quoslibet contractus emptionum aut venditionum quorumlibet bonorum temporalium mobilium tam domorum, quam collegiorum Societatis: & imponendi, ac redimendi quilibet censu super bonis stabilibus ipsorum Collegiorum, in eorundem utilitatem ac bonum, cum facultate sese onere liberandi, restituta pecunia, quæ data fuerit. Alioquin autem, aut omnino dissolvere Collegia, vel Domos erectas Societati sine generali Congregatione, præpositus Generalis non poterit.* Et statim §. 6. Generali datur facultas disponendi, & applicandi huic, vel illi loco quæcunque bona Societati indifferenter relicta, prout magis censuerit expedire: & infra §. 17. declaratur, posse etiam admittere Collegia, & Domos, quantum non possit ea dissolvere, vt statim additur in §. 18. Ex quibus constat hanc potestatem ex vi Constitutionum esse latissimam, extendique omnia mobilia sine ulla limitatione, ideoque etiam pretiosa comprehendere. Item extendi ad immobilia quoad imponendum censum super illis, dummodo redimi possint, & cedant in religionis utilitatem, qui est modus quidam alienationis: ex quo planè sequitur posse etiam locare, vel facultatem dare ad locandum ultra triennium, & omnes alios contractus efficere, qui non continent propriam ac perpetuam alienationem, vel translationem domini directi, aut vtilis: nam omnes illi sunt minores alienationes rerum immobilium, quam venditio censu super illis: cui autem maius conceditur (vt habet regula iuris 53. in 6.) censetur etiam minus concessum, in his saltem, quæ eiusdem sunt rationis.

At

IV. At verò absoluta seu perpetua alienatio rerum immobilium, ex vi huius constitutionis Generali non conceditur, quamvis sub his terminis ibi expressè non dicatur, sed ex his, quæ illi specialiter conceduntur, constat hoc non esse concessum, & consequenter esse prohibitum, cum defit potestas. Vnde inferius, c. 4. §. 5. inter graues lapsus, propter quos posset Societas Generale officio priuare ponitur, *Aliqua stabilia bona Domorum, vel Collegiorum alienare*, quomodo autem hoc intelligendum sit, infra explicabitur.

V. Alia verò limitatio expressiùs ponitur in eadem constitutione, §. 18. scilicet, non posse Generalem transferre, vel dissolvere, quod intelligitur de Generali solo, nam ipse cum Societate, hanc habet potestatem, ut habetur in 4. p. Constit. cap. 2. §. 3. vbi in Declaratione exponitur, per Societatem commode intelligi congregationem generalem; tamen fieri etiam posse sine congregatione generali, concurrentibus his, qui habent ius suffragij, mittendo scilicet sua suffragia.

Qui autem tunc habeant ius suffragij cum Generali, ibi non explicatur: ad minimum autem in Societate solent esse Prouinciales omnes in Europa, quando res sine congregatione generali transigenda est, ut à simili constat ex p. 9. Constit. cap. 5. §. 3. vbi agitur de electione Assistentis, quando extra congregationem generalem fit, ad quam sufficere dicuntur suffragia omnium Prouincialium.

Tamen in alijs casibus postulari solet cum Prouincialibus suffragium duorum Præpositorum, vel Rectorum localium vniuscuiusque Prouinciæ, ut patet ex eadem 9. p. cap. 4. §. 6. & 8. p. cap. 2. lit. C. & ideo ambiguum manet, an hic etiam ad alienandum, tot suffragia necessaria sint. Sed considero tunc solum extra congregationem generalem requiri suffragia Præpositorum localium præter Prouinciales, quando Generalis cum eis non concurret, sed ipsi inter se per litteras conferunt ad supplendum aliquem defectum Generalis, & cogendum, vel obligandum eum ad aliquid faciendum, quod solum facere possunt in casibus expressis, & modo præscripto in Constitutionibus. Quoties autem Generalis ipse cum consensu Societatis absque congregatione generali aliquid facturum est, tantum solent postulari suffragia Prouincialium, ut constat ex primo loco citato, & clariùs ex altero loco 9. p. cap. 4. §. 6. vbi prædicta differentia expressè constituitur: nam si Generalis velit sibi Vicarium generalem eligere, potest id facere cum solis suffragijs Prouincialium; si autem Societas velit illi dare Vicarium, necessaria sunt suffragia aliorum Præpositorum. In presenti ergo caso, ius suffragij in eo casu esse apud solos Prouinciales, quia solus Generalis potest alienare cum consensu Societatis: ergo sufficienter tunc præbet consensum per Prouinciales; in quo receditur à iure communi, nam iuxta illud non sufficiunt suffragia per litteras, nec singillatim extra Capitulum. E contra vero nunquam potest Societas sine Generali alienationem facere, & ideo extra congregationem generalem non requiruntur suffragia Præpositorum localium. Quin potius nec congregatio generalis Sede vacante, licet Vicarium generalem Præfidentem habeat, potest talem alienationem facere, quia constitutio citata expressè dicit, *P. apostolus Generalis simul cum ipsa Societate potestatem habebit*, quæ verba cum omni proprietate sunt intelligenda, & ideo de Præposito, non de Vicario illa intelligo, licet enim & magis conformia sunt iuri communi, & magis prospiciunt indemnitati Societatis. Ratio etiam in ipsamet constitutione insinuat iuuat, quia non est membrum à corpore abscindendum sine consensu capitis; & ideo dum corpus quasi truncum est, & caret proprio capite, non est ali-

quod principale membrum abscindendum, donec caput eligatur.

Specialiter etiam de vniuersitatibus Societatis dicitur in 4. p. cap. 11. §. 2. ad Generalem pertinere eas admittere, non tamen postquam admisse fuerint, si congregatione generali per eum dissolui possit. Vbi neque in textu, neque in Declaratione ponitur disiunctiua de suffragijs Prouincialium extra congregationem: vnde videtur probabile, præcisè requiri consensum congregationis in vnum corpus conuenientis, nam hoc significat vox *congregatio* in proprietate; & ita magis consultur firmitati vniuersitatum, & minus receditur à iure communi. Potestque ratio huius specialitatis reddi: quia vniuersitates sunt magis publicæ, & solent esse grauiiores quam priuata Collegia, aut Domus, & ideo earum dissolutio, aut mutatio potest esse in maius dispedium, & scandalum, ideoque prudenter potuit referuari ad congregationem generalem stricte sumptam. Nihilominus probabile est, hanc constitutionem non esse diuersam à præcedenti, & congregationem ibi sumptam esse tanquam æquipollentem Societati, cuius rei iudicium ei remitto, ad quem auctoritas interpretandi Constitutiones ex officio spectat.

Ex his à fortiori constat, posse Generalem cum consensu Societatis alienare bona stabilia Collegiorum, & Domorum: quia plus est dissolvere Collegium, quam aliqua bona stabilia illius alienare, cui autem in his maius conceditur, non negatur, quod est minus. Tum etiam, quia hæc actio interdum potest esse conueniens Societati: ergo oportet, ut in ea sit potestas ad illam, sed non est in solo Generali, neque in sola congregatione: ergo saltem esse debet in vtroque simul. Denique hoc est consentaneum iuri communi, imò plus est quam ius commune requirat, quia ius commune solum requirit consensum conuentus cum Prælato, vel Episcopo, aut Prouinciali, hic autem cum Generali postulat consensum congregationis generalis, vel Prouincialium totius Societatis pro maiori parte. Necessarium autem est, ut talis alienatio cedat in vtilitatem Domus, vel Collegij, hæc enim conditio ex natura rei necessaria est, & iura omnia illam requirunt, nec esset rationalis constitutio, quæ in hoc esset illis contraria. Vnde notari potest differentia inter dissolutionem omnimodam vnius Collegij, vel alienationem bonorum stabilium eius: quod dissolutio non potest cedere in vtilitatem ipsius Collegij, cum per illam omnino destruat, & rei destructæ nulla sit vtilitas; alienatio autem aliquorum bonorum stabilium Collegij, vel Domus permanentis potest cedere in vtilitatem eius, & ideo in dissoluedo Collegio non habetur ratio priuatæ vtilitatis eius, sed Societatis; in alienandis autem aliquibus bonis primum omnium habenda est ratio vtilitatis eius Collegij, cuius sunt talia bona.

Sed quid si fingatur casus, in quo talis alienatio sit utilis Societati, & non priuato Collegio, cuius sunt bona. Videtur certè in eo etiam casu habere Generalem cum consensu Societatis hanc potestatem, ex argumento facto, quod propter hunc finem potest id, quod maius est: ergo etiam quod est minus. Id autem intelligendum erit dummodo non sit ita onerosum Collegio, quod priuatur talibus bonis, ut sine illis commodè sustentari non possit, neque ex alio capite institutioni repugnet. Dices: ergo posset Generalis cum consensu Societatis partem bonorum stabilium vnius Collegij auferre, & applicare alteri, si priori superflua sint, & posterius indigeat; quod videtur graue incommodum, & contra vsum. Respondeo, non videri hoc esse ultra absolutam potestatem, si aliunde ex

VI.

Quid etiam
ut cesset
quod dissolutio
vniuersitatis.

Responsio
probabilis.

VII.

Quid denique
requiritur,
ut limitatio
postulata
cesset.

VIII.

Quasi nulla
substantia
dissoluitur.

circumstantia extrinseca non repugnet, & alias cō-
stet illud secundum se esse maius Dei obsequium,
maiusque bonum Societatis. Probat, quia So-
cietas est vnum corpus, & bona singulorum Colle-
giorum magis sunt totius corporis, quam partis:
ergo potest totum ipsum corpus eum capite dictā
mutationem facere cum cedat in maius bonum
totius corporis, & tali Collegio non fiat vera lesio,
cum supponatur illa bona esse illi superabundantia.
Item hæc potestas non est prohibita Societati,
aut specialiter reseruata Summo Pontifici; ubi e-
nim est hæc prohibitio, vel reseruatō? ergo conti-
netur sub potestate dissoluendi Collegium, præfer-
tim, quia in toto pars continetur.

IX.

Dico autem, si aliunde non repugnet, tum quia si
bona sint beneficia Ecclesiastica tali Collegio vni-
ta, non possunt disiungi, & alteri vniri sine aucto-
ritate Pontificis: tum etiam, quia si ex pacto inito
cum fundatoribus, vel cōditione ab eis posita hoc
prohibeatur, non licebit, quia iusta pacta seruanda
sunt. Sicut in 4. p. Constitut. cap. 2. in prima Decla-
ratione dicitur, quando Societas dimittit aliquod
Collegium, non posse bona eius extra Societatem
donare, sed vel debere ea in manu Patroni relin-
quere, si aliquis talis sit, cui ex institutione, & vo-
luntate fundatoris reseruata est pia dispositio de
talibus bonis, pro tali casu: si verò nulla intercesse-
rit talis reseruatō, Societatem posse applicare illa
bona prout expedire iudicauerit, id est, applican-
do illa alijs Collegijs, vel Domibus indigentibus,
id enim necessarium sequitur cum dictum fuerit, nō
posse extra Societatem donari: idem ergo cum pro-
portione dicimus de parte bonorum vnus Colle-
gij in casu dicto. Qui, vt dixi, raro potest continge-
re, tum quia fere semper interuenit aliquod ex di-
ctis impedimentis: tum etiam, quia nullum est, &
vix esse potest Collegium, quod habeat superabun-
dantia bona, quia si plures habet redditus, plures
etiam habet quos alit, & semper plures habere po-
test, omnesque solent esse necessarij ad finem talis
Collegij, vbiunque ita copiose fundatum est. Fre-
quentius autem potest hoc subsidium fieri ex red-
ditibus vnus Collegij elemosinam alteri facien-
do, ad quod habet potestatem solus Generalis, quia
illa non est alienatio bonorum immobilium, sed
mobiliū tantum.

X.

Limitatio
non tam po-
testatis Ge-
neralis, quam
capitularis
aliorum.

Addenda verò est limitatio, quæ in dictis Con-
stitutionibus sæpe exprimitur, pertinetque maxi-
mè ad paupertatem Societatis professæ, nimirum
Generalem non posse redditus Collegiorum in v-
sum Societatis professæ conuertere, nedum ipsa
bona stabilita. ita habetur 4. p. c. 2. §. 5. & p. c. 3. §.
18. Quod ita intelligendum est, vt non modo Præ-
positus solus, verum etiam nec cum consensu to-
tius Societatis, aut Societas ipsa hoc possit efficere,
quod ex dictis locis insinuat, expressius verò ha-
betur in 4. p. c. 10. supremam curam Collegiorum,
dicitur ibi, iuxta Sedis Apostolicæ literas professæ
Societas habebit: cum enim quidquam priuata v-
tilitatis, ex redditibus querere, vel in suum vsum
conuertere non possit, est valde probabile, quod
maiori cum puritate procedat, &c. & in Examine,
c. 1. §. 4. declaratur, idem esse intelligendum de red-
ditibus Domorum probationis, quæ sunt veluti
Collegiorum membra. Hæc autem limitatio non
inde oritur, quod potestas Generalis ad admini-
stranda bona Collegiorum diminuta sit, sed ex eo
præcipue, quod Societas professæ ratione sui pecu-
liaris voti, est incapax huiusmodi vsus. Per hoc ta-
men non videtur excludi, quin, interueniente ve-
ra necessitate, possit Collegium Societatis eam e-
lemosinam facere domui professæ, quam posset
facere monasterio S. Francisci: sed de hoc plura in-

frā, tractando de paupertate Societatis, in tract. 10.
lib. 4. c. 9. & sequentibus.

Hæc sunt peculiaria iura, quæ circa hanc admini-
strationem habet Societas ex vi suarum Consti-
tutionum, quæ in hac parte specialiter approbate sunt
per varia indulta, & priuilegia Apostolica. Et
in primis Pius V. in Bulla anni 1568. Innumerabilis,
Constitutiones quoad hoc expressè confirmant,
vt contractus in Societate non celebrentur capi-
tulariter, sed per Generalem Præpositum, ad quem
ordinario iure tota facultas eos celebrandi spectat,
vel per eum inferiorem Prælatum, aut delegatum,
cui ipse hoc commiserit. Per hoc tamen non exclu-
ditur, quin ad dimittenda, vel transmutanda Col-
legia indigeat Generalis consensu Societatis, quia
non de huiusmodi dimissione ibi agitur, sed de his
contractibus, vt in Compendio, verb. Alienatio. §. 1.
adnotatur, & merito, tum quia non fuit mens Pij
V. derogare in aliquo Constitutionibus, sed confir-
mare illas: tum etiam, quia in principio expressè
dicit sub disunctione, gubernationem Collegio-
rum pertinere, vel ad Præpositum, vel ad ipsam Socie-
tatem, indicans se velle tribuere, vel relinquere vni-
cuique quod ad illum spectat. Et nihilominus illa
confirmatio posset ad dictū casum applicari, quan-
do sine congregatione generali cum suffragijs Pro-
uincialium a Præposito sunt: tunc enim licet nar-
cum consensu Societatis, non sit capitulariter.

Et iuxta hoc etiam intelligendum est, quod de
hoc casu dicitur in Bulla 1. Iulij III. vbi cum dictum
esset, Præpositū debere grauiora statuere cum con-
silio Societatis, subditur, Consilium vero necessarium
uocandum ad condendas, vel immutandas Constitutiones:
alia grauiora, vt alienare, vel dissolvere Domus, vel Collegia
semel erecta, intelligatur esse maior pars totius professæ So-
cietatis, & hoc inferius confirmat Pontifex, ex quibus
posset aliquis intelligere, omnino esse necessariam
conuocationem Societatis ad illum actum, atque
ita non posse nisi capitulariter fieri. Sed non ita est,
illa enim verba non sunt Pontificis, sed petitionis,
& narrationis oblata Pontifici ab ipsa Societate,
quæ expressè statim adiungit, iuxta Constitutionem
nostram declarationem. In Declarationibus autem
explicatum est, vt capitularis congregatio non sit
necessaria ad talem actum: ergo actum abest, quod
hoc ibi reuocatum sit, vt sit potius a Iulio III. con-
firmatum. Vnde quoad hunc effectum Prouincia-
les omnes simul sumpti, licet in vnum locum con-
gregati non sint, totam Societatem repræsentant,
& quod Generalis facit ad plura illorum suffragia,
censetur facere cum consensu maioris partis So-
cietatis.

Ad hæc Gregorius XIII. prædicta priuilegia, &
indulta varijs modis declarauit, confirmant, & paulo
auxit: nam in Bulla anni 1575. de vfu facultatum, vbi
concessit, vt possit Societas vti priuilegijs concessis
alijs religionibus ad exercendos contractus, vel con-
fessiones, qui ab alijs religionibus capitulariter
sunt, vti (inquam) more suo, & iuxta Constitutio-
nes suas per eos, quibus administratio talium bo-
norum commissa est, in Bulla autem anni 1576. A-
postolica Sedes, hoc amplius declaratur, & tota pote-
stas Præposito relinquatur cum facultate eam de-
legandi quibus, & quomodo expedire iudicauerit,
iuxta Constitutiones. Ampliatur præterea ibi Præ-
positi potestas etiam ad alienationes bonorum
immobilium, vel quasi mobilium, & ad pretiosa
mobilia cuiuscunque qualitatis, & quantitas, ac
valoris. Quod priuilegium amplius extenditur ab
eodem Gregorio in Bulla anni 82. Ex debito, &c. vbi
omnia genera contractuum numerantur, & con-
ceduntur Præposito, vt per se, vel alium eos exer-
cere, cum varijs clausulis, & extensionibus, que ibi
& in

